

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLANI PRINCIPIS
IN SVORVM HYMNORVM ADNOTATIONES,
ET INTERPRETAMENTA, IOANNI
THOMAE FILIO DICATA,
EXORDIUM.

¶ Consueuerūt geometræ & arithmetici sua explicare theoremata, quos imitatus Aegidius theologus, nonnulla de naturalibus, diuinisq; rebus duplici libro, subobscure & speculationum more tradita, suamet expositōe declarauit. Cicero item sua paradoxa, quæ breuia sunt & occulta, longa interpretatōe commentatus patefecit, & ipse quoq; mea de fide theoremata exposui, sed & alij sua carmina, ut nos facturi sumus, enarrauerunt, nec videt̃ id a rōne abhorre- re, vt alterius, s. generis opera, altero scribendi genere, pprius auctor edisserat, nec superfluis ha- bet labor, quoniam & pressa & curta metri leges requirunt, quæ minus idoneis iusta enarrati- one pducta ministrant. Huc adde, q̃ sua interpretari sensa nemo potest melius q̃ ipsemet au- ctor, q̃ si parū obscura, remotioraq; fuerint, alieni sæpenuero interp̃tes sup̃ eis digladiant̃, ac euenit quandoq; ut inuenta supra hominem aliquibus tribuant, qui nec illa q̃dem somnia runt, q̃ q̃ gnaris naturæ & diuina p̃dictis, vel nullius momenti placita, vel grammaticorum dumtaxat meditata transcribant, quæ vel minutulis literis pedagogoꝝ eruerint, vel a pictu- ris parietum aulae suæ mutuo desumpserint. Illud etiam adde, si placet, commentandi genus hoc fortasse placiturum, quia nouum, & vt puto nulla imitōne fretum. Nam alij glossema- ta ædunt, vocabula tantū interpretātes. Alij scribunt annotamenta, quæ non omnia, sed que- dam remotiora patefaciunt, quæ genera simul in exponendo primo hymno & vltimo com- plexi sumus. Alij tanq̃ paraphrases molunt, quæ eosdem sensus æmulant, quadam addēdi, demēdiq; licentia. Alij declaratōes dumtaxat simplices, vt nos olim in particulam Hilariam voluminis. Alij commentaria cudunt, multas & varias opiniones afferentes in medium (vt beatus inq̃ Hieronymus) quo liberz sit lectori quam mauult eligere. quod & obseruamus in nostris in libros Aristotelis de anima cōmentarijs, p̃ter id q̃ in latinum eos libros vertimus, & sensum postea paraphrasi exprimimus, & si qua priores (vt nobis videt̃) non recte sensere subnotamus. Erat tamen & aliud genus commentarioꝝ, p̃ter id q̃ in latinum eos libros vertimus, & sensum postea paraphrasi exprimimus, & si qua priores (vt nobis videt̃) non recte sensere subnotamus. Erat tamen & aliud genus commentarioꝝ, quod fiebat pro memoria rerum ge- starū ad historias conficiendas, nos autem hymnū quem Christo cecinimus, ita explanaturi sumus, ita commentabimur, vt etiam a methaphrasi, quæ supra paraphrasim multa solet ad- h̃cere, non euariemus, adeo vt p̃ seipsa cōmentaria, quæ a cōmuniori vocabulo interp̃tamē- ta dicimus, seorsum a carminibus stare & iusti opis faciem habere nō absurde possint. Quod genus nec a nobis etiam tentatū est amplius, aut tentandū constituimus sed multoꝝ quoq; et ipsi sententias afferemus sæpenuero, p̃sertim in hymni secundi cōmentario, & auctores cita- bimus, & loca vnde desumpsimus, ne q̃ in hymnis imitōdem abnuimus, in interp̃tatōe furta & committeremus & celaremus. Quod eodem p̃posito negotio conducere debere fuerūt plu- rimi) sed eoꝝ inconstantia dogmatum & infinita dissensione refellemus, quæ vtiq; accusatio vti & alias & alio in p̃posito scripsi, neq; in nostros theologos referri, qui tametsi plerisq; dis- sentiant, in principijs tamen conueniunt quotquot boni nominis sunt, q̃ & p̃bati & p̃ catho- licis habiti. Atq; omnes, qui rectam fidem suscepimus & seruamus, ad vnam ip̃i ecclesiam re- spicimus, cuius iudicijs in his quæ ad necessariam fidem & religionem p̃tinent stamus, id ani- mo gerimus, id & verbis p̃ferimus, atq; etiam scriptis testamur relinq̃mus. & si quando acci- derit, vt vellinguæ, vel calami lapsu, vel (quod hominis pprium) ignoratōe ab ipsius fidei re- gulis aberraremus, id actutum & ante omnia reuocatū & explosum volumus. In hac ip̃a ve- ro secūdi hymni interp̃tatōe, si tibi videbimur in fabulis & dijs gentium confutandis immora- ri, a q̃bus te reuocatū volumus, id cogitato, non posse id exacte cōfutari, quod prius quo- quomodo non p̃datur. Tum illud discas, factum hoc ab antiquis illis & p̃bati signis ecclesie nostræ theologis, & Augustino p̃cipue, q̃ omnes etiam minutos gentium deos & fabulosa commenta, inter confutandum euoluit diligentissime. Huc accedit, q̃ Christi opera clarius elu- cebunt in sanis illis quas expulit collata, & si quis fortasse adhuc illum errore detentus fuerit (nam & paulo ante nostram etatem, Pij secūdi pontificis tempestate, inuentus est q̃ solem hūc corporeū adoraret) coarguet̃. Surgunt em̃ fere semp̃ inter frumenti segetem praua gramina, quæ vel elidere si possumus, vel saltem ostendere vt minime noceant, maxime conuertit. Et

multi quoque non stante modo cultu dæmonū, sed postquam eiectus est & euandus, contra gentes conscripserunt, quod tamen ad presens negotium nobis non proponitur, nisi obiter & in transcurso, dum Christi opera quoad potest nostra paruitas, celebrant. Quare gentium ista (ut græco per uerbio dicitur anagyros) commouenda quidem, sed ut dumtaxat eradicet. Atque gentium studia, & si caute (ut a se scripsimus) tractanda sunt, duo tamen inde nobis si recte ducimur emolumenta pueniunt, nam quæ falsa religione & erroribus scitent, ubi confutata fuerint, veritas illustrius splendet, tum si qua bona & recta alioquin dogmata apud ipsos inuenimus, in nostrum usum conuertimus Mosis monitu, exemplo & doctrina Cypriani, Basilij, Hilarij, Nazianzeni, Hieronymi, Augustini, & aliorum quæ & ita fecerunt, ipsi & alijs faciendum persuaserunt, nec enim quicquam veri aut boni nostra unquam religio damnauit, nec solū a gentibus, ab hostibus fidei plerumque desumpserunt illius antistites, vera & sana dogmata, quorum omnium deus est auctor, omnis veri, omnique boni principium & causa, sed & templa etiam in honore dæmonū structa, unum & uero deo consecrarunt, & uasa quoque gentium deputata sepulchris, in usum salutaris aquæ Roma conuertit, ut leges ciuiles preteream, quibus nunc christianus orbis utitur, quorum plurimæ principum & idolis seruentium, & scelestissimoque fuisse responsa, ut sileam medicinæ regulas, quas a Maome theisibus, & ante ab idololatriis accepimus, & ab Hippocrate potissimum, quæ creditur eas ab Aesculapio templo desumpsisse, si Varro affirmamus, & confirmamus Plinio statim putamus. Diuersi autem diuersa suis hymnis posuere principia. Ad tria uero genera maxime celebrata initiorum genera reducunt. Aut enim statim fit inuocatio, & aliquando etiam eius ipsius quæ celebratur in hymno, sic Orpheus quicquid sed raro, frequentius aliquanto Homerus ægit, atque ita etiam, quicquid ope diuerso, tum Crotoniata Orpheus, tum Apollonius in Argonauticis fecerunt, tum & nos Nazianzenus in carmine quod uitæ sue gesta continet. Homerus Orphei more, breuibus quicquid uerbis, proposuit, quod est secundum genus initium. Tertium a raptu mentis, & ab alienatione deriuat, quod Calimachus uisus est aggredi, sed infano & furæti similis, ut fatidici sacerdotes & bacchæ solebant, quod & Claudianus fecit, quicquid ante proposuit de quo esset dicturus. Omnia hæc in hymnis nostris ipsi quoque modo sumus complexi. In primo enim ab inuocatione sumus exoristi. In secundo ab admiratione, sed non furæti aut ab alienati animi initium sumpsimus, statimque propositione & inuocatione uisum sumus. Miramur primo mentem a sensibus euocari, & quod ægerit, acturaque sit insinuamus, mox Christus quem canimus inuocat longo carmine. In tertio a propositione principium fecimus, sed quadam quasi admiratione & motu fatiscendi, quod & admirationem sapit. Sed iam ad enarrandum primum hymnum descendamus. Primum autem de ipso carminis genere, & quod hymni nomen significet, de quo eius generibus, nonnulla dicere opere præteritum duco. ¶ Aduertendum itaque tibi, multa esse poematum genera, de quibus & græci & latini grammatici præcipiunt, qua de re in libris de arte poetica & differit Aristoteles, & canit Horatius. Carminum quoque ex quibus poemata constant uaria sunt genera, uarias nomenclaturas sortita. Nam alia a syllabarum pedibus, quæ in eis ipsis polleant magis, appellatorem sumpsit, ut dactylici, anapestici, iambici, trochaici, spōdaici. Alia ex affectu, ut elegiaci. Alia ex inuentionibus nomen sortita, ut Asclepiadæi & Hipponactij. Alia dicta ex auctorum nomine, quibus in usu sæpissime fuere. Nam metrum anapesticum, tetrametrum, catalecticum quicquid eo & Cratinus & Epicharmus, & eis etiam antiquior (ut ait Hephestion) Aristoxenus Selinonius uisauerunt, tamen quoniam frequentissimum apud Aristophanem fuit, Aristophanei carminis nomenclaturam suscepit, ut eius quoque ipsius poetæ notat interpres. Carminibus alijs ipsæ syllabæ & pedes nomenclaturam indiderunt. hinc hendecasyllabi, senarij, octonarij, quæ sunt iambi secundæ genera. Hinc etiam hexametri, quod ex sex pedibus spondeis plurimum, & dactylis absoluant. Ipsa autem genera suas sub se continent species, nam iamborum non unum genus ut diximus. Hexametrorum quoque plures species, nam satyrici, bucolici, heroici sub hexametro genere claudunt. Excellet autem inter omnia genera carmen hexametrum, ob perfecti numeri senarij, quæ ex partibus (ut arithmeticis dicitur) aliquoties constat, idque inueni explicatum a Viétruuio his uerbis, ea re mathematici perfectum esse dixerunt numerum quæ sex dicitur, quæ is numerus habet partitiones eorum rationibus sex numero conuenientes. Erui tamen alia ratio potest ab Aristotele, quæ in arte poetica scribit difficiliter idipsum carmen in sermone conueniendi. sicut iambum facilius, & ob id fuisse primum carmen celsit. Inter hexametri quoque species carmen heroicum præstat quo grandia facta & ingentes ausus decantabant. Inter heroica quoque poemata, hymni heroici præcellunt, quibus græci res diuinas celebrabant, & hymnographi eorum auctores at Zeze in commentario in Lycophronem uocati sunt. Apud gentes græca lingua, in hoc numero sunt Orpheus, Homerus, Calimachus, Proclus, alij, apud latinos Liuius, Andronicus, theologi quoque nostri hymnos unum & uero deo cecinerunt. Primum Moses hexa-

Hymnorum lex

carminum nomenclaturæ

Hexametrum

metro genere vsus est in dei laudem, cum demerso Pharaone canticū edidit, vt Iosephus, Hieronymus, alij pdunt. Tempore pcedentelyricis hymnis diuinis quōdianafq; laudes vtracq; lingua plurimi cecinerunt, vt ap's diximus. Heroicō carmine qui eas tecinerit pter orōnem matutinam Ausonij & Claudiani epigramma, nullus arbitror adhuc innotuit. Hymni autē nō men varijs rebus tributū est, nam & hominibus & irrōnalibus rebus, minimisq; & diuinis etiā dedicatum. Hinc leges apud Pindarē hymnos in hominēs qui certamina vicissent, eosq; ad res etiam inanimas retulit, & apud Calimachū in Delūm insulam ecclū hymnū, & apud eundem quoq; & Homerū hymnōs in suos deos pspicies, q̄q; hęc quę in deos canebant Odæ (si Poluci stamus) & Pæanes cōiter & hymni dicebant, priuatim vero Dianæ hymno nomen erat Hypingus, hymno Apollinis Pæan, ambonē p̄sodia, hymnū autē quo Bacchum laudabant, dithyrambū vocauerunt. Cereris hymnū iulum dixere, quorū & Theodoretus quodam in libello meminit, scribunt & Apollonij interpres vlōn etiā dici & hypingū quoq; Dianæ nūcupant οὐρανίου. Linus autē & Litiæses Odæ erāt nomina, quæ fossōres & agricultores cōcinebant, cantatos quoq; rebus turpibus hymnos in poetica scribit Aristoteles. Quid autē hymnus indicet, varia quoq; pduntur, nam & laudare significat ὑμνῶν, vnde Homerus ἐπὶ μὲν ὑμνῶν, & Orpheus Crotoniata οὐρανίου ἀρετῶν ὑμνῶν, sed p̄ antiphrasim hymnū vsurpauit Aeschylus in malū. Iustum vero nauigatōis sermonē hymni appellatōe declarauit Hesiodus. Idem nomen p̄ oraculo posuit Euripides & Paraphrastes Dionysij Libys, p̄ munere & retributōe sumpsit hymnū, sed p̄ diuinā laude verius accipit, quod & Eustathius mihi voluisse videt, tam & si alijs modis sumptū affirmet, atq; p̄ p̄ce quoq; ip̄is carminibus a Dionysio positum fuisse fateat. Sunt qui malint hymnū semp̄ vel pprie diuinās laudes significare, humanas vero exprimi p̄ hanc dictōem, quæ a grecis dicit ἑπαινωσ. A monius vero dñs hymnū tribuit, hominibus encomion. Differt at̄ ab epæno encomion, auctore Libanio, quod ibi vna dñtaxat actio, in encomio plures collaudant. A Psalmographo hymnū p̄ diuinā laude positū scimus, vnde illud. Te decet hymnus deus in Syon, & alia pleraq; p̄ ipsos psalmos, quos & nō nulli vocarunt hymnos sparsa continentur.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE
domini Concordiæq; comitis, Argumentum hym
norum carmine Elegiaco.

O mihi si celsopraepes labatur ab axe,
E que situ patrio deuolet ipsa Charis,
Quæ mentem incendat flammis, quæ luce corusca
Illustret, labijs quæ pia verba ferat.
Stillet & empyreum nitida in præcordia nectar.
Dulcius atq; Arabo defluat imbre melos.
Aeterni celebres accingar dicere laudes
Regis, vt ipsius sydera facta manu.
Conditus ut nutu niueis exercitus alis,
Ruptaq; Tænarj scepra superba ducis.
Vt conclusa mari tellus, vt cinxerit aer
Aequora, ut aëriū clauserit æthra globum.
Vtq; fretum dirimat terras, ut distet ab Indo
Maurus, Hyperboreo distet ab orbe Libys.
Vt genus omne auium & pecudū, genus omne natatum
Extitit, vtcq; luto & flamine factus homo.

Vt primæua parens gustu delusa, marito
Impoluit, fallis victa cupidinibus.
Exul ut eoo mœrens errauit ab horto,
Et pater, & soboles crimine facta nocens.
Vnde hominum genus infœlix, vnde ira dolorq;
Vnde metus rigidæ & tristia damna necis.
Mox alio cupimus fœlicia pangere cantu
Aetheri magno parta trophæa ducis.
Qui Mariæ clausam subito delapsus in aluum
Conuictos domito depulit orbe deos.
Phanacq; subuertens aras, delubra, sacella,
Confregit tripodas, laurea sceptrâ, chelim,
Qui victor victis, æterna silentia iussit,
Et voluit mortem morte perire graui.
Illius immensum victricia signa per orbem
Fractatq; fœlici tartara sæua cruce.
Dum canimus, passis clementia flamina velis
Quærimus, inq; patris posse redire sinum.
Hinc Mariæ laudes dulci depromere versu
Et iuuat æternæ dona pudicitia.
Vtq; parens virgo est, integra vt Christus ab aluo
Nascitur, & iuncto numine factus homo.
Ex illo volucres frangens turbata sagittas
Cessit odorisequos ipsa Diana canes.
Aegida proiecit Pallas, Proserpina sceptrum,
Et Dryadum luctu perstrepit omne nemus.
Cynthia pertimuit tardos ad plaustra iuuenos
Nectere, velauit Cypria mœsta sinus.
Et gemis euulsas alas pharetrate Cupido
Horridus in gremio matris Acidaliæ.
Nam Mariæ imperium, coeli, telluris & vndæ,
Et Mariæ nutu numina furua silent.
Illam tartarei formidant monstra profundi,
Illi adstat superi turba beata chori.
Virtute innumera fulget, redimita coronis
Sydereis, nato supplicat, orat opem.
Qua vulgi nugæ, vana & commenta deorum
Atq; obscœna simul carmina dispereant.
Ne zephyro impulsis iam noxia pharmaca Circe
Porrigat, & fallis ludat imaginibus.